

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrupedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Illustration: Tab. LXVIII. Vitulus Marinus. See Kalb; Lutra. Otter; Castor.
Fiber. Biber; Lonx Lonza; Herinaceus. Igel sew Igel; Hystrix, Dornschwein
Stachelschwein.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966


Vitulus Marinus .
See Kalb .

Lutra . Otter .




Castor . Fiber .
Biber .

Lonx Lonza .



Hystrix . Dornschwein stachelschwein

Herinaceus . Igel sew Igel .



INSTRUM.

Wilde Katzen

Felis. Oryx.

Wilde Katzen

Felis. Oryx.



Canis. Fibr.

Biber.

Canis. Fibr.



Hystrix. Dornschwein. Stachelschwein.

Hystrix. Dornschwein. Stachelschwein.



fulam olim leporibus vacuam, intra breve tempus a praegnanate lepore, foetu occupatam fuisse. Enituntur in locis nemorum secretioribus, nunc duo, interdum tres, aliquando quatuor catulos. *Sexum*, sic optime agnosces, si consideraveris, foeminam esse capite oblongiore, corporatura crassiore, auribus oblongioribus, et pilo dorsi leucophaeo, ad nigredinem vergente, canibusque persequentibus semper suam regionem currendo circumambire, et per eundem locum pluries transire, inarem vero humeros habere rubentes, in quarum medio pili oblongiores observentur, caput brevius et obtusius, pilos barbae et palpebrae longiores, aures breviores et latiores, canibus persequentibus recto itinere se committere, et quandoque ad decem millia passuum curre-
Inimicitia re. *Inimicitias* gerunt cum aquilis, corvis, mustelis, vulpibus et canibus. *Virunt* ad septennium. Aetas ex cavernis vel potius fissuris secus foramen excrementorum colligitur, si Archelao et Alberto credendum.
Vox. *Vocem* habent acutam. Philomelae auctor gemitum adpellat. Ad
Natura naturam pertinet videndi facultas eximia, nam dum dormit, oculos apertos tenet, auditus acerrimus, nam et ad levissimum foliorum motum concitatur et fugit, utitur etiam auribus tamquam incitamento ad cursum, quibus eundem dirigit et moderatur. Dormituriens, ne cavernae locus deprehendatur, huc illuc discurrentes, vestigia primo disturbant, tandem magno saltu in cavum profiliunt, ubi decumbentes, fermen ilibus subiiciunt, cruribus prioribus ut plurimum iunctis, et auribus super utrumque humerum demissis. Cavernis egressi, libentissime serenis diebus aplicantur. Locinatalis tam sunt amantes, ut nulum peregrinum admittant. Facile cicurantur, et nimis pinguefacti, intereunt, at levi data occasione vincula effugiunt, et ad pristinos mores redeunt. In silvis raro pinguescunt, *legentium* forte quod sibi metuant. Ad ingenium spectat, quod hieme impen-

dente cubilia in locis apricis constituunt, aetate ad Aquilonem cubant, quod ad pabula longinqua proficiscuntur, ut longo cursu exerciti, pedum celeritatem firment, quod, ut venatores fallant, per flexuosas incedentes vias, frutices omnes evitant, ne pili iisdem affricati, odorem canibus praetereuntibus praebeant, quod ubi segnes ad persequendum canes vident, lento gradu properant, ubi urgere, citatissimo cursu feruntur, quod denique a venatore agitati inter glebas, quae sunt eiusdem secum coloris, ingeniose latitant. In *cibis* eos ludaeis gustare nefas, at apud gentiles, postquam ab Attalico Cydoniensi ad epularum apparatus deducti sunt, in deliciis semper fuere, adeo inter mattyas caro leporina poneretur, formositatemque vultus conciliare crederetur. Ideo certe Alexander Severus, ut in Lampridio legimus, singulis diebus comedeat, et aliquid huius vestigium apud Martialem ad Galliam habeamus. Caeterum cuius sit caro haec temperamenti, non est, quod multis disquiramus, sola distinctione res confici poterit. Bimestres, trimestres, et ad summum semestres, optimi sunt succi, et facili confectionis. Anniculi et adultiores crassum sanguinem generant. Visi tamen venatores, quorum quotidianus leporina cibus, qui tantum abest, ut moerore distraherentur, ut etiam laetitia perfunderentur. Quod autem Cato Censorinus oleribus et carnibus leporinis aegrotos ali voluit, de catulis forte intelligendum est. Meliores vero iis, qui ad aquas degunt, illi, qui in montosis et planis habitantes, serpillo, pulegio, et aliis vescuntur. Maxime etiam urgente bruma in cibis commendantur. Praeparandi rationem vide apud Ambrosinum. In *medicina* nulla fere pars est, quae usum non praebeat, immo et excrementa eidem inserviunt. *Caput* ustum cum adipe ursino aut aceto alopeciae mederi, Galenus reliquit. *Cerebrum* dentitionem infantum promovet, si gingivae saepius eo illinantur,

Martial. l.
5. Epig. 30

Bruerlin.
l. 13. de re
cibaria.

Galen. l.
11. de
simpl.
med. fa-
cult.